



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Distinct. X

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

est, corpus Christi sub sacramento, & non rem spiritualem. Item, Non manducans manducat, & manducans non manducat: quia non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter, & è conuerso. Et qui manducant spiritualiter, Lanfrancus in responsione ad obiectionem 14 Berengarij. veritatem carnis & sanguinis dicuntur sumere: quia ipsam efficientiam habent, id est, remissionē peccatorum, pro qua videtur orari cum dicitur. Perficiant in nobis Domine quæsumus tua sacramenta, quod continent: ut quod nutrī specie gerimus, rerum veritate capiamus. Rerum veritatem dicit ipsam efficiētiam: quasi dicat, Per hæc sacramenta præsta, ut sicut sacramentaliter carnē Christi sumimus, ita spiritualiter sumamus. Vel petit fæcerdos, ut Christus, qui nunc veré sub specie panis, & vini sumitur manifesta visione, sicut in es- sentia diuinitatis est, quandoq; accipiatur. Con- stat ergo à bonis & à malis sumi corpus Christi: sed à bonis ad salutem, à malis ad perniciem.

DE HÆRESI ALIORVM QVI DICUNT  
corpus Christi non esse in altari nisi in signo.

## DISTINCT. X.

A

Vnt & alii, præcedentium insaniam transcen- De sacra-  
dentes: qui Dei virtutem iuxta modum natura- mento Ets-  
lium rerum metiētes, audacius ac periculosius ve- charistia.  
ritati eōtradicunt: afferentes in altari nō esse cor- quantum ad  
pus Christi vel sanguinē, nec substātiā panis vel cibum quis  
vini in substantiā carnis & sanguinis cōuerteret, sed manduca-  
ita Christum dixisse. Hoc est corpus meum, sicut tur.  
Apost. dixit, Petra autem erat Christus. Dicunt n. Aug. super  
ibi esse corpus Christi tantum in sacramento, i. in Psal. 54. ad  
signo, in tantum & signo manducari à nobis, Qui versum 24.  
errādi occasionē sumunt à verbis veritatis, vnde hunc molliti-  
prima hæresis facta est in discipulis Christi. Cum n. sunt sermo-  
diceret. Nisi quis manducauerit carnē meam, & nes.  
biberit sanguinē meum, non habebit vitam eter-  
nam; illi non intelligentes dixerunt. Durus est hic

Aaa

ser-

Tomo 8. sermo : quis potest eum audire? & abierunt retro.  
 Aug. tr. 27. illis descendantib. instruxit duodecim, qui remā-  
 ad illud Ioā. ferant. Spiritus est, inquit, qui vivificat caro nihil  
 9. verba qua prodest, verba quæ locutus sum vobis, spiritus &  
 ego locutus. vita sunt. Intellexisti spiritualiter & spiritus & vita  
 sunt. Intellexisti carnaliter etiam sic spiritus & vita  
 sunt, sed tibi non sunt. Spiritualiter intellege, quæ lo-  
 August. ad catus sum. Non hoc corpus, quod videtis mandu-  
 versum 1. cati, hunc est s. & bibituri illum sanguinem quem effus-  
 Pſ. 98. adorare sca. suri sunt, qui in crucifixum aliquod  
 bellum. vobis commendauī, spiritualiter intellectum vivi-  
 Aug. tr. 30. cabit vos: caro a. non prodest quicquam. Sunt era-  
 in pr. ad il- iam & alia, illorum insaniz somnitione ministrantia.  
 lud. Ioan. 7. Ait n. Aug. Donec seculum finiatur, sursum est Do-  
 Nonne Moy- minus: sed tamen etiam hic nobiscum est veritas  
 ses. Dominus: Corpus n. in quo resurrexit, in uno lo-  
 co esse oportet: veritas autem eius ubique diffusa est.  
 Item una persona est Deus & homo: ubique per id,  
 Matth. 26. a. quod est Deus: in celo, per id quod homo est Christus.  
 Dicit etiam, Pauperes semper habentis vobis-  
 cum me autem non semper habebitis. His aliisque v-  
 tuntur prefati heretici, in assertionem sui erroris.

## Determinatio primorum. B

Quæ ex eadem ratione omnia accipienda sunt,  
 non n. verbis his negatur verum corpus Christi à  
 Lanfranc. fidelib. sumi vel in altari esse, sed his veritas Apo-  
 in responsio- stolos, & in eis nos instruxit, quod ipsius corpus non  
 ne ad obie- per partes disceptatum, ut putauerunt illi discipu-  
 ctiōnēm du- li, qui retroierunt, sed integrum: nec visibiliter in  
 decimam Berengarij. forma humana, sed inuisibiliter sub forma panis  
 Au. ad ver. & vini corpus & sanguinem nobis traderet. Quem  
 5. Pſal. 98. sensum Aug. confirmat dicens, ipsum quidem, & non  
 Adorate ipsum corp., quod videbatur, manducatur: ipsum  
 scabellum. quidem inuisibiliter: non ipsum visibiliter. Item, Et  
 Matth. 26. a. si necesse est illud celebrari, necesse est tamen inui-  
 sibiliter intelligi. Ita etiam intelligendum est corpus  
 Christi esse in uno loco sc. visibiliter in forma hu-  
 mana,

māna, veritas tamen eius, i. diuinitas, vbiq; est, veritas etiam eius, i. verum corp<sup>9</sup> in omni altari est, vbiq; celebratur. Sic etiā illud intelligendum est, Pauperes semper habetis vobiscum, & eū autem nō semper habebitis secundū corporalem præse-  
riam, sc. qua cum eis conuersabatur. Similiter per id, quod homo est in cœlo est, scil. visibiliter: inui-  
sibiliter autem est in alteri, quia non in forma hu-  
mana appetit, sed forma panis & vini operitur.

Vnde & inuisibilis caro eius dicitur, quæ verè est in altari. Sed quia in specie sua nō appetit, inuisi-  
bilis dicitur. Ait n. Aug. Hoc est, quod dicimus, & ne sexta con-  
modis omnib. approbare cōtendimus: Sacrificiū trā obiectio-  
ecclésie duobus confici, duobus constare: visibili nem Beren-  
elementorum specie, & inuisibili Domini nostri gary.

*Lanfrancus  
in responsione  
ad obiectio-*

*nem Beren-*

*gary.*

Iesu Christi carne & sanguine, sacramento, & re-  
facementi, i. corpore Christi: sicut & Christi per-  
sona constat & conficitur ex Deo & homine, cum  
Christus sit verus Deus & homo, quia omnis res  
illarum rerum naturam & veritatem in se conti-  
ne: ex quibus conficitur. Conficitur a. sacrificium  
ecclésie duob. sacramento & res sacramenti, i cor-  
pore Christi. Est sacramentum, & res sacramenti,  
idem corpus Christi. Ecce inuisibilem dixit car-  
nem Christi, quia forma panis operta sumatur &  
tractatur. Idemq; corpus Christi dixit esse sacra-  
mentum & rem: ex quo confirmatur, quod supra  
diximus. Deinde addit, quod magis mouet lecto-  
rem. Caro, inquit, eius est, quam sub forma panis  
opertam, in sacramento accipimus: & sanguis ei<sup>9</sup>,  
quem sub vini specie ac sapore potamus, caro vi-  
del. carnis, & sanguis sacramentum est sanguinis,  
carne & sanguine utroq; inuisibili intelligibili, &  
spirituali significatur corpus Christi visibile &  
palpabile, plenum gratia & diuina maiestate.

*Lanfrancus  
in responsione  
ad obiectio-*

*nem Beren-*

*gary.*

*Quæ sit intelligentia præmissorum. C*

Attende his diligenter quia tropo quodam

Aaa 2 ys

*Lanfranc.*  
*vbi supra in  
 eſponſione  
 ad 10. obie-  
 ctiōnem Be-  
 reng. Deco-  
 ſec. dī. 2. hoc  
 eſt quod di-  
 eim. parag.  
 ſicut ergo.*

tur hic Aug. quo ſolēt res ſignificantes rerum for-  
 tiri vocabula quas ſignificant. Hic n. viſibilis ſpe-  
 cies panis vocatur nomine carnis, & viſibilis ſpe-  
 cies vini nomine ſanguinis: inuiſibilis vero & in-  
 telligibilis dicitur caro Christi: quia ſecundum il-  
 lam ſpeciē non videtur caro, ſed intelligitur: ita &  
 ſanguis. Caro ergo inuiſibilis dicitur eſſe ſacramē-  
 tum carnis viſibilis: quia ſpecies panis, ſecundum  
 quā illa nō videtur caro, eſt ſacramētū carnis viſi-  
 bilis quia in carne viſibili, i. ſpecie, ſecundum quā  
 caro Christi non videtur caro, ſignificatur corpus  
 Christi, q̄ eſt viſibile & palpabile, vbi in ſua forma  
 appetet. Ita & de ſanguine accipi debet. Quē ſen-  
 ſum conſirmat Aug. aperiens qualiter p̄diciata in-  
 telligenda ſint, quia obſcurē dixerat: cōſequenter  
 dicens, ita panē vocari corp⁹ Christi, cum verē ſit  
 ſacramētum corporis Christi, quod in cruce poſi-  
 tum eſt: ſicut ipſa immolatio, que fit manib. ſacer-  
 dotiſ, vocatur Christi paſſio, nō rei veritate, ſed fi-  
 gniſcandi myſterio: & ſicut ſacramētum fidei di-  
 citur fides. Satis respōſum eſt hereticis, & obiecio-  
 nibus eorum qui negant verum corpus Christi in  
 altari eſſe, & panē in corpus vel viñum in ſanguinē,  
 myſtica cōſecratione conuerti dicentes. Quiſ  
 audeat manducare Dominum ſuum? Quiſ etiam  
 audeat dicere quot die formari corpus Christi de  
 materia vel ſubtantia, que nō fuit caro virginis?  
 Autoritatibus probat verum corpus Christi eſſe in altari, &  
 in id panem conuerti.

ex r  
 fun  
 cre  
 ord  
 cōf  
 vir  
 vir  
 Chi  
 ex v  
 mit  
 te c  
 san  
 Qu  
 cie  
 car  
 mu  
 deb  
 pan  
 cra  
 etio  
 cus  
 ne t  
 est,  
 mo  
 ni,  
 ope  
 ten  
 ian  
 mi  
 Ch  
 gu  
 per  
 pe  
 Ch  
 ve  
 &  
 tia

*Matth. 26. c* Hęc & hiſ ſimilia obiiciunt illi, in diuino myſte-  
 rio legē naturae ſectantes: quorum perfidiā ſubdi-  
 ta conuincunt testimonia. Ait n. veritas, Accipite

*Amb. lib. de  
 his, qui my-  
 ſterijs ini-  
 ziantur ca-  
 in medio.* hoc eſt corp⁹ meum. Itē Ambr. Si tantū valuit ſer-  
 mo Heliæ, ut ignē de cœlo deponeret: non valebit  
 tantum ſermo Christi, ut ſubtantias mutet? De  
 totius mundi operib. legitur, quia ipſe dixit, & fa-  
 cta ſunt, &c. ſermo igitur Christi, i. fili⁹ qui potuit  
 ex ni-

ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, que sunt in id mutare, quod non erant? Nō n. min⁹ est creare, quam mutare nouas naturas rerum. Itē, Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina generare *Ibid. paulo cōsueverat*, lique: ergo, q̄ præter naturæ ordinem *inferius*, virgo generauit: & hoc quod cōficiens corpus ex virginē est. Quid ergo hic quæris naturæ ordinē in Christi corpore, cum præter naturā sit ipse partus ex virginē? Itē, Ante benedictionē alia species no- *Ibid. fere minatur*, post cōsecrationē corp⁹ significatur. An- *continuè*. te consecrationē aliud dicitur, post consecrationē sanguis nuncupatur. Tu dicas Amen, i. verum est. Quod sermo sonat, affectus sentiat. Itē Aug. in spe- cie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, i. carnē & sanguinē, honoramus: nec similiter pēdi- *Lanfr. in rebus sponsione 9.* mus has duas species, sicut ante consecrationē pē debam⁹, cū fideliter fateamur ante cōsecrationē *contr. Beren.* panē esse & vinum, q̄ natura formauit: post conse- crationē vero carnem Christi sanguinē, q̄ benedi- ctio cōsecravit. Item Amb. Panis est in altari vſita- *Amb. in lib.* tus, ante verba sacra: vbi a... cessit cōsecratio, de pa de sacramē- ne fit Christi caro. Quomodo a. potest, quod panis tis 4.10.4. est, esse corpus Christi? Consecratione: quæ fit ser- monē Christi: Itē si tanta vis est in sermone Domi- ni, vt incipient esse, quæ non erant: quanto magis operatorius est, vt sint quæ erāt, & in aliud cōmu- tentur? Et sic quod erat panis ante consecrationē, iam corp⁹ Christi est post consecrationē: quia ser- mo Christi creaturā mutat, & sic ex pane fit corp⁹ Christi, & vinum cum aqua in calicē missū fit sán- guis, consecratione verbi cœlestis. Item Aug. Sicut per Spir. S. vera Christi caro sine coitu creatur: ita per eundē ex substantia panis & vini idem corpus Christi & sanguis consecratur. Corpus Christi & veritas est, & figura. Veritas dum corpus Christi, & sanguis virtute Spir. S. ex panis viniq̄ substantia efficitur: Figura vero est id, quod exterius sen- titur.

Aaa 3 titur.

titur. Item Eusebius Emisenus. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguis sui, verbo suo, seereta potestate communat. Ex his aliisq; pluribus constat, verum corpus Christi & sanguinem in altari esse, imo integrum Christum ibi sub utraque specie: & substantiam panis in corpus viniq; substantiam in sanguinem conuersti.

## DE MODIS CONVERSIONIS.

## DISTINCT. XI.

*De Eucha-*  
*ristica sacra-*  
*mento per*  
*comparatio-*  
*nem ad di-*  
*spensantes*  
*vel conficiē-*  
*tes. Et de cō-*  
*fessione Glo-*  
*ord.*

I. Cor. II. b

SI autem queritur. Qualis sit illa conuersio: an formalis, an substantia alia, vel alterius generis definire non sufficio. Formalem tamen non esse cognosco: quia species rerum quæ ante fuerant, remanent & sapor & pondus. Quibusdam esse videatur substancialis dicentib. sic substantiam conuerzes. Et de cōfessione Glo ord. si in substantiam, ut hæc essentialiter fiat illa. Cui sensui præmissæ auctoritates consentire videntur.

*Oppositio.*

Sed huic sententiaz sic opponitur ab aliis. Si substantia panis inquiunt, vel vini cōuertitur substancialiter in corp<sup>9</sup> vel sanguinē Christi: quotidie fit aliqua substantia corpus vel sanguis Christi, quæ ante nō erat corpus: & hodie est corpus Christi, q; heri non erat; & quotidie augetur corpus Christi atq; formatur de materia, de qua in conceptione non fuit factū. Quib. hoc modo responderi potest, quia non ea ratione dicitur corpus Christi confici verbo cœlesti, quod ipsum corpus in cōceptu virginis formatum deinceps formetur: sed quia substantia panis vel vini, quæ ante non fuerat corpus Christi vel sanguis, verbo cœlesti fit corpus & sanguis. Et ideo sacerdotes dicuntur conficerre corp<sup>9</sup> Christi, & sanguinē, quia eorum ministerio substantia panis fit caro, & substantia vini fit sanguis Christi: nec tamen aliquid additur corpori vel sanguini; nec augetur corpus Christi vel sanguis.

*August.*